Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



158

q. auctoritate excommunicatio sit metuens. non ante comederet cum iam hora prandii esset nisi prius monachus inueniretur q. eum absolueret. Excommunicationis enim sententiam monachus descripserat in pytacio. q. ubi ab imperatore inueniretur proiecerat q. abierat. Et cum epi multi adessent. q. ei licentiam darent. una cu ipso epo supra dicti monachi. non eis consensit priusquam monachus inueniretur. Hinc itaq; hinc uideant magnates q. principes q. omnes populi. quantum timenda sit excommunicatio epor. si imperator xpianissimus tantu timuit excommunicationem unius ex ordine monachorum. De marciano impr.

MARCIANVS etiam catholicus imperator tempore scī leonis papę concilium uniuersale congregauit. q scīs epis se humiliter subdens. in eodem concilio cum magna deuotione ipse q. eius comitum suam fidē exposuerunt. Exemplū obedientię karoli imprs

KAROLVS etiam francor. rex ut notum est cum grandi humilitate beato adriano papę rome occurrit. q. deosculatis omnib' gradibus scī petri. ad genua scī papę prouolutus. Qui etiam ciuitates q. castra quę a longobardis detinebantur. brachio fortis ab eis eripiens. eidem dei aplo in ppetuū